Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelband - Cod. Ettenheim-Münster 404

[S.l.], [16. Jahrh.]

Franc. Philelphus, Epistolae

urn:nbn:de:bsz:31-134750

Visual Library

Franciscus Philelphus Marco Lupomano S.P.D.

Accepi litteras tuas: quibus non dubio declarasti tibi meum reditum in Italiam voluptatis plurimum attulisse: Quippe qui dubitasses me non latinam solum: sed latinam etiam graecorum adamavisse: ob idque factum omnino graecum praesertim cum graecam uxorem: quam latinam ducere uxorem maluerim. Petisque quantum librorum meum advexerim. Demumque florentiae ut venetiis malim agere: quam alibi usque genium. Mihique tuam omnem opem atque operam pro vetere mea benivolentia polliceris. Omnium primum tuum liberalissimum promissum: quo in litteris usus es: et audio non invitus et amplector perlibenter: eoque mihi semper quotiens opus fuerit: utendum volo. Quod si qua esset in re mea tibi officio opus est: illud tibi persuadere dicito: poteris tu quidem beneficiis me superare: at ego te voluntate gratitudine: Id quod eo me puto facilius consequuturum: quod venetiis agere vitam institui: quamdiu in me fuerit. Hic autem non nunquam persaepe offeratur occasio: et tibi beneficii conferendi et mihi rursus vel referendae vel habendae gratiae. Librorum vero non multum advexi mecum. Est etiam venetiis multum tum apud te et barbarum tum apud Leonardum meum. Reliquos autem meos codices in venetiis reuerteris nomado videbis

omnes sed etiam his fecere ex sententia tua. Nam ut scis et sum latinus et fui semper. Nec aliud quicquam ex Graecia reportavi quam litteras atque disciplinas quae quidem sunt item hoc tempore apud Graecos permulta et utilia et preclara quae non solum ornent sed efficiant bonos viros. Nam sine invidia audienda [redacted] est veritas. Sed de uxore quadam pro urbane iocaris meum duxi iam uxorem illius Chrysolorae filiam quae non latini minus admiratione quam Graeci avidit ad generis vel bonitate vel claritudine quod nata est mea uxor pater meus quae autem ipsa sit et mulier est cum pudicissima atque optima. Sed de his hactenus vehementer cupio reditum tuum quem ut deus maturet opto. Multa enim sunt quae cupio coram tecum commentari. Vale. Ex Venetiis idibus octobribus Mcccc·xxvii

Franciscus Philelphus
Danieli Venturio S.P.D.

Ago tibi gratias immortales quod tanta benivolentia me complecteris: neque enim sine magna quadam amoris vi me hortaris: ut in tantis pestilentiae ignibus Venetiis esse nolim. Sed vel Patavium concedam: vel alio ubi tutius vitae meae consultum sit. Si dixero me omnino expertem metus plane mentiar. Metuo enim sed non tam mihi quam infanti filio uxorique adolescentulae. tum reliquae etiam familiae qui minus fortasse sibi caveri norint. Nec satis scio quid faciam. Nam Patavii quoque et in reliquis propinquis urbibus

Infelix qui multa sapit spernitque docere
Infelix qui multa sapit spernitque docere
Infelix nimis nulli sapientia prodest

efferatam hanc morbi immanitate audio in crudescere.
Quare aut mussandum est movendus pes: aut fugiendum locis
ubi paratior sit aeris clementia. Consilium tamen tuum
non possum non approbare. Vale ex Patavio Kal. Nove.
M.cccc.xxviii.

Franciscus Philelphus
Victorino Feltrensi S.D.

Ego te virum non solum mei amantissimum: sed
prudentem et bonum iampridem esse cognovi. Admo-
nitionem tuam non possum non probare. Sed qui mare ingressus sit
non habet ventos in manu. Adversus contrarios flatus
tantisper nitendum est: dum vel fortuna vel deus aliquem
portum obtulerit si minus optatum saltem tutum. Sententiam
meam tenes. Vale ex Venetiis VI. Kal. decembris. M.cccc.xxviii

Probare enim ultra premiare

Franciscus Philelphus
Francisco Ferreto S.D.

Litteris tuis sum mirifice delectatus: Video enim meam
Constantinopolitanam illam consuetudinem tibi mere non
excidisse. Quod autem hortaris, si quando ad Tholentinates
redierem: Annone ut iter faciam tibi bona fide polliceor:
non apud me Tholentinates redituros: quanto annona et
te videro. Sed quod ad tempus id sit futurum nondum satis scio.
Vale

Ubi amici ibi opes
Ubi opes ibi amici

Franciscus Philelpho
Leonardo Iustiniano S.d.

Iam natalis Cristianus iam propemodum pulsat
fores: facies michi rem gratissimam: si quando scias quaenam
ego forem ex Constantinopoli solitus pro illius temporis annis

Iam propter pulsat fores i. qua primo venit
Solemnitas diui petri pulsat fores

ad te, nisi michi reddideris. Non enim libris solum
non nullis michi opus est, qui a te servantur, sed etiam vesti-
mentis tum meis tum uxoris. Et ut de me sileam, me quottidie
uxor rogat ne se diutius prive voluptate sua vestium. Quare
nisi ad proximum natalem huic more gessero, se a me deludi
existimabit. Nam nec te latere debet ingenium muliebre.
Et ego uxori ea negare non ausim, qua vite nostri decoroque debemus
adolescentule presertim michique morigere. Vale ex Venetiis xvi
kalendas Januarias. M.cccc.xxvii.

Franciscus Philelphus
Leonardo Justiniano S. d.

Nolo mea causa quicquam patiaris incommodi. Nam
tua michi vita non libris solum et vestimentis, sed mea etiam
vita carior est. Posteaquam id cubiculi, ubi mea illa bona continentur,
suspectum est propterea quod qui eo in loco pestilentiali morbo
correptus extinctus est, eiusmodi non solum expectabo. Sed diu etiam
multumque expectabo quoad aer ad salubritatem redierit. Sed
interea temporis ut michi rebusque meis consulas te plurimum rogo.
Nam diutius indigere nec possum nec volo. Sed promissa
michi servatur inmedium est: id quod ego libentius sum facturus
quo video me tibi nostrisque patriciis esse charissimum. Verum
diuturniorem spem prio [illegible] remedium neququam censeo in hoc presertim
temporis [illegible]. Vale ex Venetiis xv. kal. Januarias. M.cccc.xxvii.

Ut ille ascendat regna olimpica oro. Deus absolvat illum oro
Eius animam recipiat omnipotens pater oramus
Animam illius recipiat in sinu Abrahe oramus suppliciter
Ad regna olimpica [illegible] tuus ascendat
Ut illum collocet deus in sedibus paradisiacis oro vehementer

Franciscus Philelphus
Leonardo Justiniano S D

Quod me hortaris ad patientiam non contemno: Est enim ea quedam spes fortitudinis qua res arduas difficilesque perpetimur honestatis utilitatis ve gratia. Ego me honestati ita video satisfecisse in tanta periculose ac tam intollerabili magnitudine: ut plus michi honestas iam debeat quam ego honestati. Reliquum est utilitatis quam in hanc diem scio michi fuisse nullam: posteaquam ex grecia ad vos redii. Nec que futura sint possum augurari. Sum equidem apud vos libenter: sed diu ita esse non possum. Itaque te etiam atque etiam rogo ut prospicias rebus meis. Vale ex Venetiis xiiii kl ianuarias M cccc xxvii

Franciscus Philelphus
Johanni aurispe S D

Quod michi gratularis de meo in Italiam reditu letor equidem meum tibi placuisse rei consilium. Verum in hanc diem fortuna consilio non respondet. Nam quam michi spem apud venetos amplissimam propositam sum secutus: ea me video frustratum iri. Itaque me facti mei iam penitet. Et consilium neque est accusandum. Hic enim diutius michi commorandum certe non est. Cum neque promissa serventur: et morbus pestifer quo universa civitas est correpta imminente interminatur interitum. Vale ex Venetiis quinto kalendas ianuarias M cccc xxviii

Franciscus Philelphus
Federico cornelio

Quam erga me singularem benivolentiam iam multos annos et perspectam et cognitam habeo. Itaque nullius hominis

testimonio opus est. Quod aut[em] pro tua or[ati]o[n]e in mea p[otes]tate posita esse affirmes: habeo tibi gr[ati]as: [illegible] dum dissities, faciat deus ut aliq[ua]n[do] una esse possimus: Nam vereor fore ut longius divungamur quam vellem: ita pestifer hic morbus in dies magis magisq[ue] invalescit. Verum ubicumque futuri simus: tui amantissimi erimus. Iterum vale: et nos ama ut facis. Ex venetiis vi kal[endas] Ianuarias. M cccc xxvii.

Franciscus Philelphus
Gabrieli Marino

Laudo te (mi Gabriel) quod te a litteris abdicare nolueris ut solent nostri vulgo: ubi ad gerendam rem publicam se contulerint. Lege semp[er] aliquid aut scribe cum tibi licet per publica munera. Magno tibi commodo (mihi crede) litterae sunt futurae: si his uti perpetuo ingenii tui imaginem p[rae]stantiamque volueris.

Nunc ad id quod petis. Vis enim scire quid intersit inter feciales et caduceatores. Fecialis eos fuisse constat apud priscos qui certa iuris solemnitate bellum hostibus indicebant. At caduceatores esse pacis legatos dictos a caduceo, quem manu gestabant: et caduceum quidem ipsum Apolline Mercurio tradidisse. Mercurium a quo ipse lyra donatus sit: de qua quidem re apud Horatium mentio in eo carmine quod incipit: Mercuri facunde nepos Atlantis. Ubi etiam patet mercurium auctorem extitisse: non lyre solum: sed et eloquentie prestigiosae. vale ex venetiis pridie kalendas Ia. M cccc xxviii

Per feciales bella incipiebantur per caduceatores terminabantur. Nam feciales semper bellum sollicitant. Caduceatores vero pacem tractant.

Ego non consentio opinioni tue, [illegible]

Franciscus Philelphus Petro Thomasio philosopho ac medico S.P.D.

Certe mones pro amicitia: ut non vite minus quam constantie habeam rationem. frustra enim eam esse constantiam que simul cum vita peritura sit: at ego (ut tibi vera loquar) ex animi sententia nihil est quod malim quam me constantissimum simul et gratissimum et esse et haberi. Multa hominum opinioni: multa fame consentienda sunt. Non enim quid meritis sit: sed quid poterius sepe homines iudicant. Itaque quam diu mihi per hanc celi intemperiem integrum fuerit: non patior vel ab imperitis accusari officium meum. At dixeris satis ac super tuo es functus officio: cum non quam infusione minus quam spe tua frustraris. Et id quod tibi assentior: verum enixius est urgendum quo pudor meus alios in pudore agat vel invitos. Itaque rem mihi pergratam facturus es: si quid ex te et me et amicorum simul rei et future excogitaris. Vale ex Venetiis tertio nonas Januarias. M. cccc. xxviii.

Franciscus Philelphus Gabrieli Mauro S.D.

Quod scire a me vis que fuerint amicorum paria priscorum memoria et maxime celebrata: ea reperio quattuor inter extitisse: Theseum et Perithoum: Achillem et Patroclum: Orestem et Pyladem: Phitiam et Damona. Addunt etiam iuniores apud grecos Ephaminondam et Pelopidam. Vale ex Venetiis idibus ianuariis. M. cccc. xxviii.

Franciscus Philelphus
Andree Iuliano S.D.

Maximas tibi gratias habeo mi andrea: quod omnibus in rebus gratificaris. Vellem tunc michi aliqua te digna offerretur occasio non habende solum sed etiam referende gratie. Intelligeres profecto virum me omnium esse gratissimum. Itaque eo michi molestior est: eo inimicior pestis pestilentie vis quae universus pectus misere vexavit. Quo factum michi video locum sublatum rei declarandi tibi benivolentissimi animi. Cogor enim habere vite rationem. Quare hic diutius esse non possum rapserim frustratus spe: qua ductus ad vos revenerem. Nec est quod quenquam accusem preterquam tum semetipsum fortunam ipsam: tum nimiam meam credendi facilitatem. Unum tamen tibi persuade me tuum semperque futurum. Vale ex Venetiis iii kalendas februarias. M.cccc.xxviii

Franciscus Philelphus
Leonardo Iustiniano S.D.

Cum indies magis atque magis Venetiis tempus tero ea ductus spe qua michi tot litteris tuis cum pulcherrime Constantinopoli agerem tanta cum charitate fideque promiserat: [illegible] interius repente febris pestifera servam michi unam adorta est: quam hodie interemit. Quo fit ut hic michi diutius cunctandum non sit. Itaque triduum

Nascentes morimur finisque ab origine pendet.

Sum hinc Bononiam versus abnavigaturus: ubi si honestam conditionem offendero: ulterius profecturus sum non. Sin minus honestam ad Florentinos me recipiam. Tu si quid interea temporis me vis facturum significato litteris. Nam post quatriduum frustra ad me scripseris. Vale ex Venetiis v. idus februarii M cccc xxviii.

Carmina mane direta

F

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Fran: phi: Borromeo Iurisconsulto S.D.

DESIDERIUM de me tuum me non iniuria
plurimum delectat. Est enim plenum amoris
precipui erga me tui, Sed velim scias me
tuum esse amore nostrum plane ut singularem.
Non enim magis me desideras quam ego desidero te
a philelpho. Dii malefaciant factionibus vestris;
Quibus divina omnia humanaque confundunt. Iam
pariterum ad vos lui eo sane consilio, ut a vobis
non discederem, Sed nescio qua vel hominum pravi-
tia vel fatali astro sit factum, Ut bis inciderim
in atrocissimas vestre reipublice procellas atque
tempestates. Musis inter arma nunquam bene
consultum est. Sed honori longe periculosius.
Itaque habenda nobis fuerit ratio et digni-
tatis et quietis. Ego iussu principis
mei ad hunc ago, papie ad paucos dies
mediolanum petiturus cum universa familia

Dictamen ad amicum exprobrans. Scriptor Andreas Presbyter

Vbi michi o[mn]ia parata sunt, et ad co[m]modum

& ad dignitate[m] Val[e] ex ticino in scholam Mediol[anensem]

Fratri Phi: Petro thomasio philosopho
ac medico S. P. D.

Nam mi[hi] integru[m] no[n] est vt tuo viam consilio.

Sum. n. huic excellentissimo principi obstrictus,

no[n] solu[m] fidei sinceritate qua[m] preterire no[n] licet,

Sed maxi[m]is eius b[e]n[e]ficiis, quibus si abuterer,

possem iure ingratitudinis obnoxius fieri. At

p[er]mori mallem qua[m] vlla vel minima iniuri[a] nota

infamie. Itaque ut rogo te p[er] indissolubile[m] n[ost]re

amicicie vinculu[m] vt dignum iudicares me

dignitatis mee co[n]te[m]pte habere patiaris. Nam

eius parto me amicicia tua dign[um] iudicauisti

fore iniustus. Quod si iusticie fu[n]da[men]tu[m]

est fides, pateat vt eius amico, quod p[ro]missa

atque rata inviolata sint seruaturus. Mores

ipsa duntaxat nos ab hoc principe abstrahet.

Et meu[m] in te amore[m], nulla neq[ue] fortuna, nec
t[em]p[or]is mutabilitas labefactabit. Vale. ex Ti
cino pridie Kalen: februarias: M cccc xl.

Fran: Phi: Alberto Zancario S.D.

Ferias que in Lo[m] misi[?] eram post
hac sis tuas l[itte]ras p[er] medius fertus te cessi
Mediolanu[m] cu[m] universa familia, rebusq[ue]
meis omnib[us]. Est que adventus meus tu[m] ab hor
p[rae]stantissimo principe, tu[m] ab universa re publica
p[er]ceptus p[er]iucunde adeo ut unus Philelphus
omnib[us] sit in honore. Mirabile dictu est qua[m]
sim honoratus ab omnib[us] bene repta sperud[?]...
Quod si fiet nemo me uno neq[ue] fortunatior,
neq[ue] beatior. Vale ex Mediolano Idib[us] februariis. M cccc xl.

Fran: Phi: Aloysio Crotto S.D.

portune mihi reddite exoptatissime
L[itte]re tue. Nam hic diutius p[ro]fecto[?] non poteram
non moleste ferre. Non n[on] te latet, ...

Ad hanc p[ar]te[m] sollemnitate ad sedandum discedere cupio.

fuerim consilij ex urbe Sena primum deinde
ex bononia a Nobilissimo principe accersitus
veniam aut cum universa familia omnique
suppellectili mediolanum intra quatriduum
Nisi tum istic qui edis mihi conduceret.
Vale ex Arimino iiii Idus febru: M.cccc.xl

Fran: phil. Anthonio panhormite S.D.

Amicior factus es idcirco quia ex tua
lectura assequor quod te superbie obnoxium
facias, Nam cum nihil credes hominum amicis-
simo tota mentis inuitatus quid aliud
erat esse in causa cum superbiam, At ne illud
te lateat, velim in breui plus est fortune, in
eo minus esse virtutis Quare tibi cauendum est
ne dum pecuniis diligentius inuigilas negli-
gentiores reddes tera ingenii probitatisque prestantia
Vale ex mediolano pridie Idus maias M.cccc.xl.

Fran: phi: petro thomasio philosopho
ac medico Salutem p D.

Quod affirmaris maximo desiderio vi
sendi mei, habeo iam exploratissimum
vel ex ea coniectura: qua de me ipso facio, Qui
enim non desiderem et visere et complecti ... ostu
Laci; quem vere eaque summa benivolentia
sum complexus, Accedit preterea virtus tua et doc
trina: et eloquentia et merita circa utraque
collata; quibus plane fit: ut mea utriusque
memoria nullo: nec locorum nec temporum inter
vallo queat extingui, Ceterum quidem quod
velimus fieri nequit; id velimus quod queat: me
tuise est, Utendum igitur nobis est mutuo scri
bendi officio, ut quod lingua non potest: absentium
dimis propter vicissitudo, Id et facillimum est utrique
nem et iucundum in primis, et quo initium dem
huiusmodi muneri: peto abs te, ut me facias certiorem
de rebus orientalibus maxime ... si quid his novi,
Vale ex Mediolano iii nonas Iulias ...

Fran. phi. Leonardo Iustiano salutem p. d.

Adhortationem tuam et si bona mente
accipio, eius modi tamen est, ut ea hoc tempore
utendum non sit. Non enim nescius debere prudentem
virum temporis habere rationem, Itaque rogo
te; ne quid post hac eiusmodi ad me scribas;
quod iure queat reprehendi, Preterea in omnibus
rebus, tu in primis servanda est constantia, Quid
n. levi homine magis contemnendum, Ingenium vero
meum iampridem cognitum esse oportet, cuipse
qui et intus et in cute noris: non minus quam inviolata
servata fide. nihil est quod tua causa facturus
non sim. Vale ex mediolano kal. maiis. Mcccc xl.

Fran. Philel. Ioanni Cornelio s. p. d.

Laudasse tibi meos de exilio libros
plurimum letor. Nam probari abs te scripta mea
tanto et tanta gravitate & sapientia viro
Non possum mihi non magne laudi ducere.

Adhortatio vero tua qua meum vteris ad
absoluendum id operis eiusmodi esse tibi persuade;
que mihi plurimum addat honoris ad mei
animi institutum. Ego enim maiore tu studio inaudito:
quod mea sponte sum aggressus: quod video
me tibi rem facturum gratissimam; quare si aliquid
infestum meum mihi impedimento fuerit; breui
perficiam quod incepi vale. Ex Medio: pridie nonas
Julias M. iiii. xl.

Inuigilabat bonarum artium studio.

Fran: Philel. Adreorio peturio S.P.D.

Quod absentis mei recordatione perpetua
imagine pre te feras: sit ut scribis: non equidem
possum non letari; Affero n. argumentum minime
obscurum egregie cuiusdam beniuolentie in me
tue. At ego quo tre animo in te sum; debes
te ipso coniecturam facere. Et fieri iam nullo pacto
natura pot: ut non eque ametur qui vere amet;
Itaque hanc istam causam: quod me a mag. tu
ipse tibi debes indul[illegible] rario persuadere te
mi esse charissimum:
id eius in ob [illegible]

certa quod ea virtute viges: ut dignus qui amere

ab omnibus desiderare aut te presentiam meam hom

iam interest, Nam si mediolanum visere institueres

quod pigritie tu istic agrorum alienum factum

firmabas: & presens presentem videbis philelphum

tuum, & multa cognosces: que absens attingere

nequaquam possis: Itaque tum erit: utrum primum

tibi facultas dabitur, huc venias: Quod si feceris

magna mihi crede voluptate consequere, Vale

Ex mediolano nonis Iulijs: M. iiii. xl.

Fran: philelphus ~~Sacco placentino~~ Ioanni Aurispe S. D.

Totus es in librorum mercatura, sed tu

Lecturam mallem, Quod si faceres, Longe mei

lius & tibi musis consultum esset, Quid ni possit

Libros cottidie nunc emere: nunc vendere: Lege

vero numquam. Ego quos vendam habeo libros

nullos, Emere potius si pecunijs abundarem. Qui

etiam in hac pecuniarum difficultate, si quid

opus ostenderis, quod pro digni censeam, [illegible]

amore, una si scimus me oporteret, [illegible]

Igitur p[er] l[itte]ras quilibet tibi & quales sint venales

Quod si feceris, intelliges me nulla premi inopia

Sum enim apud eum principem, apud quem egere potest nemo

Vale ex mediolano viii idus Iulias M cccc xl.

Fran: phi: Io[h]anni tusculanello S. D.

E quintiliani declamationibus quid

ipse sentiam paucis accipe, Equidem quintilianum

Inventione vehementer probo. Est e[nim] a[c]utus

prudens. Sed oro mi[h]i filius mihi sane non

placet, sapit enim hispanitatem, nescio quam horri

[d]am barbariem plane quadam, Nullam habet elegantiam,

nullum nitorem, nulla suavitate, Et que non prius

pura modo, sed necessaria sunt in oratore, neque

movet dicendo Quintilianus, neque sensu docet

nec delectat, Sed videtur sompnolentus quispiam

vero demosthenes in [illegible] positus. Teneo fortasse quintilianum spiritu

ex eius scriptis animadvertere possumus, non [illegible]

[illegible], elaborata, [illegible]

Risus democritus

Bigonsfirato lingua reddere me victus

Commoda prepta artis rethorice. Multa commemorat, multa colligit. Sed ita sui dissimilis est

ut qui alios docet ipse ignorare videatur. Verum

concedamus illi doctrinam, si ita libet omnia

movendi in delectandique vim nullam habet,

quequidem deos qui oratori subtraxerit,

non oratorem illum, sed aratorem demostrabit.

Vale ex mediola. vi idus iulias M.cccc.xl

Ego sum tibi tedio

Ille est mihi tedio

Iste liber est tedio et idem

Franciscus Philel. ~~Sandro pratensi~~ Andreino Pertuino s. D.

nimis Laurus factus est: qui nos iam

tedio habeas. Existimo te urbani istius quem

nunc bellum sacerdotaria uxor belli filium vocat

consuetudine uti cepisse: Quid enim maria haec

concernere. Verum caveto ne solum solus offendat.

Nosti hominis ingenium: tu vites: tu qui ab arte

ut Marcus bibit: tu etiam mores. At officii tui

esse arbitror. malo tibi per urbanum liceat aliquid

obstrepere laus quo te dete ac morte omni spatio

Bona valitudine rectior factus: meum ipse

Laborat morbo et quidem odioso — floret eloquentia et quidem copiosa

Carmina mea placent palato meo i. videntur mihi bona

litteris gaudeam. Tu interim perennis, te nedas:
nolim: ne tuetis insanientes seve & in tuum te
trahebat & insania. Omnis si recedis. n. virto
tes brevi futuri sunt: idque quod Candidio nostro
acciperis. Vale ex mediolano iii kal. ianua
rias M cccc xl.

Francis. phi: Catoni iureconsulto & oratori S. D.

Audio istic esse praestantem quendam Cremo
nensem Iacobum Cassianum qui utrisque ac diu
humanitatis artibus operam dederit: tam etsi vel
qua eruditione: vel quid omnino hominis sit: ignoro.
Illud recte non placet: quod libros meos sue fidei
commissos: nec reddiderit mihi nec verbum fecerit:
Nam victorinus feltrensis eius doctor: vir (ut nosti)
integerrimus idemque doctissimus & mihi vetere
familiaritate iunctus litteras ad me dedit: quibus
mirabatur: quod nihil ad te scripserim: postea quam
& libros mathematicos: & Euripidis tragoedias ipsi
Cremonensi Iacobo ad me dedisset. Itaque mi
Cato rogo te ut eo modo: Iacobum istum
quam primum convenias: & ab eodem libros
meos exposcas: recipiasque una cum his litteris
ad me. Paucis tecum quid facto sit opus

Id autem Iacobus philosophie professoribus quisquam studuerit dicunt. Vale. Vita tua in uxore fortia pudicissima
Ex mediolano in Kalendas octobres. M.cccc.xl.

Fran. Phi: Iacobo Cassiano Cremonensi presbytero S.D.

Victorinus feltrensis doctor tuus ac idem eruditissimus vir mihique amicissimus monuit me suis litteris duos tibi meos dedisse ad me reddires: quorum altero Euripidis tragedie: altero mathematica continentur. Quos tu arbitreris pluribus iam mensibus mihi redditos esse miratus se scribit: quod mihi ad me litteras ea de re accepit. Itaque te etiam atque etiam oro meos mihi libros quam primum reddendos cures. Quod si fortasse neminem habes: cui tuto rem committas: habeo istic hominem familiarem & virum optimum Catonem Sacrum: clarissimum & iureconsultum & oratorem & philosophum. Huic igitur istic meos libros restitues: quo & officio tuo & Victorini tuo satisfacies mihique tua liberalitate morem geres. Vale ex mediolano iiii kalendas octobres. M.cccc.xl.

Fran. Phi: Gerardo Gregorio iureconsulto S.P.D.

Non possum te non ingratitudinis accusare, quod rebus meis tam diu pervolutis usus & liberalitatis mee oblivisceris. Et offitii tui ...

[illegible]

perto in humanitatem ac mitissimum stomachum mouere
impis: Non enim puto aut in legibus inuenisse te aut
ullo quopiam iure id vni licere ubi quod ne minimum bono
Licet? Presta te oro & bonum tandem & gratum virum.
Vale ex argentina iiii kal octobres

Franciscus Phi: Sarolo Pratensi S. P. D.

Scribis mirari te: quid stoicis philosophis in
mentem venerit: vt cum in iis que corporis sunt fortuneque
rebus: selectionem posuerint: minime ea neque bona voluerint
neque vlla appellari: sed altera commoda: altera incommoda:
Et vt ipsi appellant ΑΔΙΑΦΟΡΑ: adiaphora hoc est
indifferentia: quod & bene vti illis quis possit & male. Possem
hac de re tibi rationes non nullas ostendere: quas tum ob temporis
angustias: tum ob occupationes meas in presentia missas facio,
Sed eam tu verum minime negaueris, Quod sua natura bonum
est, eo meliorem hominem reddit. Quo magis refert in cumulum:
id quod de omni virtute tam actiua tam contemplatiua
licet intelligi. At commoda tam corporis quam fortune tanto
reddunt homines ad maleficium promptiores: quanto fuerint
ampliora. Alios opes ingentes superbos reddunt. Alios in
continentes. Illa regni magnitudo in tyrannidem commutata
credit: Idem de corporis viribus atque pulchritudine

Idem de iis omnibus dici potest: que vel fortune vel corpori
tribuuntur dignumque splendida. Velim mihi aliquem tu hominem
virum bonum ostendas hoc tempore: qui vel forma prestantia
ceteros antecellat: vel divitiis sunt et potentia aliis omnibus superiores.
Pudet me dicere quod verissimum est in omnibus fere animadverti.
Et dicam tamen. Non modo vir opibus abundans non est bonus:
Sed et superbus et contumeliosus. pulchriores lascivi sunt et
muliebres Valerius mediolanensis. Kat epistolis. Anno xl.

Ex
Carmina mane directa

Fraudato genitu lira hac ... vagare
Pollere ingenio dat pater omnipotens
Olim castalio nos ut bene fonte rigati
Laudibus artificis te cumulasse iuvet
At ... prospectu Letetur ... partu
Quis pa